Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Theologica scholastica (Teil II, 4, 3) - Cod. Ettenheim-Münster 281

[S.l.], [17. Jahrh.]

Tractatus 1ma

urn:nbn:de:bsz:31-129974

Visual Library

tractanda noverimus consulto omissuri hinc
quare Unam hanc de Religione materiam 3bus
Tr. complectemur. primus erit de Religione
sm se, eiusdemque actibus externis et internis.
2dus de statu Religioso. 3. de Vitijs Religi
oni oppositis. Utemur a methodo consueta.

Tractatus 1mus

De Virtute Religionis et eiusdem actibus internis et Externis.

Sectio 1ma

De Virtute Religionis sm se.

Quaestio 1ma

Quid sit Religio et quodnam eius obiectum?

Con: ja. Religio, si Vocis etymon spectes
vel à relegendo dicta est, ut vult Cicero, quod
sit ea, quae ad cultum divinum pertinent aio
revolvenda et relegenda sint. Vel à reeli
gendo ut vult Isid. quod per eam Deum, quem
peccando abiecimus iterum ipsi reeligamus.

Vel dicitur à Religando. Ut vult Lactant. quod ea
nos Deo quasi astringat, s. eligat, dum ei
cum supremo verum Domino, cultum et obse-
quia nostra exhibemus.

Con: 2. definit Religio fere hunc in modum.
Religio est virtus, quae debitum cultum Deo
cum jo verum omnium Principio exhibet. Cultus
hoc loco nil aliud est, quam nota quaedam s. con-
testatio qua divinam excellentiam cum quadam mentis sub-
missione protestamur. Differt ab honore quod
hic solum ac ipsum sigfet testimonium excellentiae
alterius quo fit ut et aequalis, l. inferior possit
honorari, coli a. l. adorari non possit. nisi aliqua
ratione superior. addit quod cultus honori quandam
omnis submissionem erga et l. personam quae coli
dicitur, quam submissionem sum se honor ipse non
includit. Regnum honorat sitos non tamen colit.
Cultus porro alius est internus alius externus.
Quod ut diligas adverte. In officio reli-
gionis 4. actus spectari possunt. Primus est actus Illius
quo tum infinitam Dei excellentiam tum nostrum in
Illum et omnimodam à Deo dependentiam cognoscimus
qui actus ad fidem pertinet. 2. est
practicum iudicium s. dictamen Illius Deo hic et
nunc pro ratione summae eius excellentiae congruum

cultum cum debita subiectione deferendum qui
est actus prudentiae. 3tius est profunda mentis
submissio et inclinatio coram Deo, qua mens in
terius summam Dei excellentiam suumque nihilum
vicissim testatur. 4tus est eorundem professio
exterior, verbis, gestu corporis, vel aliis mo
dis. primus et 2dus actus supponunt religioni
vel fundamentum. 3tius est actus interior religionis
qui est reperitur in Angelis. 4tus est actus exterior
proprius hominibus qui vid. signo aliquo externo
exprimit et immediate nota est internae submis
sionis. Et v. licet cultus hominis nunquam possit esse
sine actu externo quandoque actus mere internus
vel potest alteri homini penitus ignotus non potest esse nota
s. contestatio submissionis erga alterum, in cultu
tamen dico, potest esse actus internus sine externo,
quandoque scrutans corda et renes Deus non minus
perfectos habet actus internos quam internos.

Con. 3tia Religionis obiectum materiale duplex est.
Primo propinquum s. obiectum Unde, et Remotum s.
obiectum Cui, obiectum materiale quod adeaque propinquum
Religionis est ipse Cultus divinus s. honor quem
Deo volumus s. pobis omnes nostrae, tam interna
quam externa quibus Deum cum aliqua submissione
colere intendimus. Obiectum materiale Cui s. Unde

est ipse Deus cui cultum et honorem volumus.
Prob. quia illud est obiectum propinquum virtutis in
quo ipsa virtus immediate tendit, atqui religio tendit
immediate non in Deum, l. in excellentiam divinam sed in eius
cultum, mediate v. in ipsum Deum cui cultus de-
fertur, quia obiectum materiale quod propinquum quod ipsa
virtus religionis immediate affectat et appetit est cul-
tus divinus, remotum v. s. obiectum cui est ipse Deus
sub sua excellentia. Confir. a simili sicut n.
obiectum materiale quod s. propinquum iustitiae par-
ticularis non est ipse proximus sed res proxime debita
proximus v. est obiectum remotum s. cui, ita obiectum
immediatum quod religionis non est ipse Deus l. ex-
cellentia Dei, sed cultus Deo debitus. obiectum v. cui
est Deus ipse qui colitur.
Con: 4ta Utrumque obiectum religionis antea
dictum habet suam propriam rationem formalem obiectivam
ratio n. formalis quam religio in suo propinquo
obiecto, id est, cultu divino spectat, et ipsa ratio de-
biti et congruentis Deo, est n. affectus quidam
erga cultum divinum, quia Deo debitus est, nam cum
sit pars iustitiae necessario exigit debitum alteri
Tandem modo ratio formalis obiecti cui quam sic in
Deo formaliter spectat religio non est ipsa divina bonitas
sed se spectata, sed eius excellentia s. nobilitas
et praestantia, unde formaliter amamus Deum quia bonus est.

honorarum a. et colimus quia excellens est, ac ipsum
verum omnium principium. Ratio n. primi principii includit l. sub
ponit omnem excellentiam perfectionis ejusque causa ut Regula
culta sit dignus et cur à creatura sit debitus.

Con: 5ta Religio non est virtus Theologica sed moralis
Ratio est. quia ad virtutem Theol. requiritur pro immediato
obiecto habeat ipsum Deum, religio a. pro immediato obiecto
non habet Deum, sed cultum Deo deferendum s. potius omnem
aliquam nostram ad Dei cultum relatam, Ut si hic ipse
cultus verbi vera Deum, velut obiectum Cui.

Con: 6. Religio est virtus una specie infima Ita
S. Th. 2.2. q. 85. a. 3. Prob. quia ratio formalis obiectiva,
s. formale motivum religionis unicum est, nempe
ipsa excellentia increata Dei. ad religionem per-
tinet inquit S. Th. exhibere reverentiam in Deo sed
una ratione in quantum sic est ipsum principium creationis et
gubernationis verum omnium.

Bicl. Infinita sunt attributa in Deo quod debet
ei cultus infinitae speciei. Confir. quia per Sacrificium
testamur illum hoc vitae et mortis statum, adoratione,
esse Rerum omnium, oratione esse liberalem et omnipotentem
iuxta assertorio, esse veracem.

Rx neg. Consequ. ratio est. quia infinitae rationes attri-
butorum concurrunt ad unam rationem primi principii
verum omnium quod includit omnes perfectiones omnium attri-

butorum, q pro dicta perfectione non debet dicta
adversa, cum ratio colendi Deum, sit una et sim-
plex. Ad confirmationem per eam plus non probari q
ce tm materiale differt inter hos modos colen-
di Deum qui tm vel ut exhibeant Deo quod est
omnium nostri jus proprius et verum omnium sub una fali-
tate obiecta constituunt species infimas non secus ac
color ut visibilis constituit visum species infimas
sensus, etsi color sub se species dictas habeat materiale
considerabas.

Con: 7.ma Religio est habitus supernaturalis per se infusus
Ratio est; quia Religio est virtus qua Deus ut obiectum
supernaturale s. ut est author gratiae et vitae super-
naturalis perfecte colitur non quem actum se homo naturae
viribus extendere non potest, cum necessario supponat
cognitionem excellentiae divinae supernaturalem. patet tamen et
dari virtutem religionis saltem imperfectam quae
naturalibus actibus acquisita sit cois est Mt. Sententia.
Ratio est; quia sunt Deus naturali et ratione aliquo modo cog-
noscitur et colendus eligitur, vid. ut author na-
turae et proprius vitae naturalis ita et per actu
proportionato voluntatis coli ex quibus actibus fre-
quentatis naturalis, et acquisita religionis vir-
tus comparari potest, qua et ab Ethnicis et
a Christianis pictoribus vi ipsa Deus nonnunquam
suo modo colitur.

Con: 8. Religio inter oes virtutes morales præstantissima est Ratio est: quia post virtutes Theologicas quæ immediate circa Deum versantur inter ipsas morales, eo virtus quæque est præstantior qua vicinius attingit Deum, atque post virtutes Theologicas Religio vicinius illum attingit nempe tanquam verbum cui cultum defert ergo

Qo 2da

Utrum et 2mo Religio distinguatur à cæteris virtutibus.

Con: 1a. Religio effectu differt à cæteris virtutibus moralibus à prudentia quidem, quia hæc subiectatur in Illum, Religio in Voluntate s. affectu. à Temperantia et Fortitudine quæ hæ versantur circa passiones. Religio a. cum pars iustitiæ circa actiones quibus cultus Deo tribuitur. Rem illæ recte componunt homines in seipso Religio a. ordinat homines ad functiones quæ sunt ad alterum, nempe Deum, à Iustitia v. saltem humana, tum quia hæc ad homines illa ad Deum dirigitur, tum quia Religio non continet nec constituit perfectam æqualitatem ad alterum ut alibi diximus.

Con: 2da Religio dnguitur et à virtutibus Theo-

logicis ita cois. à fide quae fides est habitus
illius, non religio, à spe et charitate quae hae vir-
tutes immediate attingunt ipsum Deum, tanquam proprium
obm. Charitas a. amat Deum ut ipse est bonum
suum, s. vult ipsi Divinitatem et ae bonum.
Spes v. illum desiderat et sperat ut est bonum nrm.
Religio v. non versatur immediate circa ipsum Deum sed
circa cultum Dei, id est circa signa externa l.
interna quibus Deus honorat et colitur.
Dices 1o. Religio colit Deum ut dicat excellentiam
suam, ergo immediate versatur circa Deum ac proinde est
virtus Theol.
Sed ex eo, quod Deus dicatur coli ut sua dicat ex-
cellentiam non sequitur Religionem immediate versari cir-
ca Deum, sed circa cultum ipsi exhibendum
quod est obm immediatum quod religionis
et aliquid creatum ut pote opus nrm, Deus
a. est obm remotum s. Cui.
Dices 2do. oratio et laus dia immediate at-
tingunt Deum ut obm et tamen sunt actus religionis.
Sed neque oratio l. laudem attingere Deum
sicut actus vitalis suum obm, sed sicut signum
attingit suum signatum sunt n. actus religio-
nis veluti signa et testimonia nrae sub-
missionis erga Deum. oratio igitur non refertur ad Deum
nisi velud ad obm Cui representans sc. nra vota
Deo.

Con: 3tia Atqui probabile sit, Religionem non di-
stingui à virtute pietatis, observantiae et gra-
titudinis erga Deum, probabilius tamen videtur eandem
ab ijs fratrum ductam esse. Ita cons. ja pars colligo
ex S. Th. q. 106. a. 1. ad 1. Ubi dicit sicut religio
est quaedam excellens pietas ita est quaedam excellens gra-
titudo. Ratio est: quia omnia istarum virtutum emi-
nent continenti in omnibus Religionis pietas non
est quae debitum cultum parentibus exhibet ob-
servantiam superioribus, gratitudo benefactoribus
ratio a. parentis superioris et benefactoris con-
tinentur in Deo excellentissime quod est debitum
erga illum, ut parentem superiorem ac benefactorem
continet in debito erga eundem ceu jus nostri et
omnium verum principium. 2da Pars Prob. quia gra-
titudo fratrum respicit debitum ortum ex beneficio,
Religio a. hoc non respicit ut omnino frale. cum
debitum ipsius praecise fundetur in excellentia divina
abstrahendo a gratitudinis affectu, qui tamen in
se motivum esse potest ad actum religionis ex-
citandum adeo ut ipsa religio hoc sensu quasi
interpretative gratitudo dici possit quo sensu
locutus fuisse videtur S. Th. citato quidem de
fidelitate erga Deum hoc non respicit debitum ex
promissione illudque solvit, non ex affectu Deum ho-

norandi, sed ex affectu satisfaciendi debito ex promis-
sione contracto qui duo affectus, videntur omnino dicti
gratuitis actus alterius vicissim ab altero impera-
ri possunt.

Con: 4ta Religio non dicitur ab ea virtute
qua colimus sancti sive colamus per excellentiam extrin-
secam et inventam ipsius Dei ad quem ipsi aliquam
effectum habent. Ita vis. Antequam Con. probet
Nob. 1o. sanctos per excellentiam extrinsecam Dei
duplici coli posse, 1o ut Deus sit obiectum et termi-
nus, ipsalis illius cultus. Sancti v. tamen secundarius
2do ut ipsi sancti sint integer terminus cultus per
dicta tamen excellentiam ipsius exhibiti. Utrovis horum
modorum colantur, eadem virtute colentur qua
colitur Deus. Prob. quoad 1um modum. quia ut
sic non tam ipsi colunt quam Deus in ipsis tanquam
in suis templis, tabernaculis imaginibus per con-
sideratum non tunc sancti non ipsi ipsi sunt cultus
capaces sed velut res inanimae, v.g. crux ima-
gines per quas Deus nobis repraesentatur. Unde
etsi externum signum cultus ad ipsos dirigatur
tamen ibi non sistit, nam inferior submissio fit
Deo, quem in ipsis spectamus atque ita est exte-
rior cultus ut subest interno ad Deum transit.
Prob. et quoad 2dum modum. quia etsi hic cultus

hic cultus physice terminetur ad ipsos sectos tanquam
ad integrum obiectum quod colitur. Non inter spectatione et
sum moralem aestimationem redundat in ipsum Deum ita
ut Deus magis censeatur honorari quam sancti. Ratio est.
Quia tota ratio honorandi, atque non totus terminus) est
Deus et excellentia divina atque ut quod unumquodque tale
illud magis. Sicut cum quis medicinam appetit
ut sanitatem, magis ipsam sanitatem appetere censetur quare
in hoc cultu sanctorum virtualis quoddam et implicita
latria continetur.

Con: ata, si sancti colantur ut intrinsecas et absolu-
tas perfectiones, ut ut visionem Dei, charitatem sanctitatem
sic non colentur virtute religionis sed alia longe
inferiori ac directa, quae Iudaica dicitur. Ita (vis.
Probatur. Ubi est dominum genus excellentiae per se honorabile
ibi etiam est dominum genus cultus, et consequenter dominae vir-
tutes inclinantes ad eiusmodi cultum, atqui ex-
cellentia illa sanctorum toto genere dicitur ab ex-
cellentia divina, sic tanquam ens creatum
ab increato, ergo constituit obiectum
dominae virtutis, ut ex Cor. docet S. Th.
q. 82. a. 4. ad 3tium.

Qō 3.tia

Quos nam in genere actus tum Internos, tum externos habeat Religio?

Conclusio ja. Actus religionis sensum loq. alij sunt immediate eliciti à religione, alij quasi imperati s. mediate ac ex dario eliciti. actus per se immediate eliciti sunt internus actus voluntatis qua Deo cultum debitum volumus et aliud non est quam profunda et submissa Inclinatio coram Deo, qua voluntas vult profiteri Dei excellentiam, eique in omnibus iure subesse. actus Religionis imperati sunt, quibus internam illam animi submissionem vipsa profitemur s. in eadem potentia voluntatis s. in diversa potentia egistant s. interim ab alio aliquo virtutis habitu eliciuntur, s. per se ad nullam aliam virtutem quam Religionis pertineant. Nota n. est, actus imperatos Religionis esse in duplici differentia, quidam n. ita imperantur à Religione ut interim ab alia media virtute s. habitu directo eliciantur, huiusm. sunt actus Charitatis, spei mediae, hi n. quis à religione referuntur in cultum divinum, sunt opera eiusdem imperata; quis v. immediate à Charitate spe, et mia procedunt, sunt actus earundem eliciti. alij v. sunt, qui quidem ab alia potentia eliciuntur, quam sit ea, in

qua est religio, non tamen medio alio habita s. virtu-
te. ut oratio, sacrificium, adoratio p. et priores quae
vocantur actus remote imperati à religione, poste-
riores a. proxime imperati. s. ut alijs dicere placet
mediate elicitus, eo quod sint alia virtute media impe-
rantur. Et quis Caiet. eiusm. actus et absolute
elicitus appellet, (dicit n. non esse de ratione actus elicitus
ab aliqua virtute quod sit elicitus ab eadem potentia, in
qua est virtus, sed tamen quod non elicitur ab alia virtute
et quod sit à volente movente aliam potentiam ad talem
actum, ex immediata inclinatione talis virtutis) tamen
ut à communi loq. modo non recedatur, magis placet
appellare elicitus cum addito id est mediate impe-
ratus a. immediate ita Suar. l. 2. de Relig. c. 4. n. 5.
Con. 2da. Fructus religionis imperati quibus nempe re-
ipsa Dei excellentiam nostramque submissionem profitemur
alijs sunt externi alijs interni quibus proinde nonnunquam
consumatur religionis virtus. ja pars. prob. quia ma-
nifestum est, cum constemus animo et corpore opor-
tere nos utraque Deum colere ut cor et caro nostra
in Deum excellent, neque enim aequum est, ut caro quae
Dei figmentum est, à tributo servitutis dicta sit
libera, et quis homines ea videant quae parent,
Deus a. intuetur cor. ut tamen cordis nostri devotio
erga Deum exciteretur opus est quadam corporis exteriori

eputatae id est, actibus quibusdam exterioribus et
corporalibus quibus interior religio fovetur et egi-
tur. 2da Pars est cons. AA. qui in eo
res pene consentiunt religionem pro obiecto hic
actus non tantum externos ut putarent Bonav. et Jam.
Maior. sed etiam internos, quibus proprie ipse religionis
cultus nonnunquam consumetur. Res patet tum in
Angelis qui cum spiritus sint, nullis corporalibus
sed solum specialibus signis diam excellentiam testantur,
qua non videntur esse alia, quam apprehensiones quasdam
illius, et speciales locutiones quibus diam excellentiam
suumque nihilum profitentur sese et submittendo et
totos in suum obsequium offerendo. patet id etiam in
hominibus qui saepe absque ulla exterioris veneratio no-
ta solo interiori mentis affectu dicto se famulatum
consecrant, eiusdemque supremam dignitatem venerantur
ut patet ex illo 1. Cor. 14. orabo spiritu, orabo et
mente.

Con: 3tia Actus religionis interiores sunt, Reverentia
et oratio, et quibus illa est actus immediate elicitus a
religione, haec mediate tantum et secundario immediate tantum
imperatus ut dicimus. Exteriores in 3 plici
sunt differentia quibusdam n. homo tantum corpus suum ad Deum
venerandum exhibet, qualis est adoratio, aliis ali-
quid de rebus exterioribus Deo offertur, quale
est sacrificium, oblationes, decimae, primitiae.

aliis dnis in divinis nominis honorem aliquid
assumitur puta l. sacrum, de quo alibi, l. nomen
Dei, idque l. ad propria verba confirmanda et
iuratum, l. ad alios ut faciant inducendum et
adiuratio, vel dnis ad laudandum Deum l. benedi-
cendum et est laus Dei. Quia v. non tm Deo
cultus adferri, sed etiam in eius honorem aliquid ei
promitti potest, fit ut insuper votum in actibus reli-
gionis locum suum habeat, s. id solo animo, s. etiam
ore, s. de solo interiori s. etiam de exteriori actu
fiat. Quia item Deus non tm in se, sed etiam in suis
personis aut rebus ad eius cultum speciali consecra-
tis s. dedicatis honorari potest et debet, ideo etiam obser-
vatio immunitatis Ecclesiae ad actus religionis
revocari potest. Et quia dnis Deum, non tm positiva
exhibitione cultus sed etiam abstinendo ab operibus eius-
dem cultui contrariis honorare possumus ideo non in-
congrue etiam observatio festorum inter actus reli-
gionis recenseri debet. Actus igitur relig. tum eliciti-
tum imperati ferme sequuntur numerantur. oratio, ado-
ratio, sacrificium, oblatio, primitiae, decimae
observatio festorum, immunitas Ecclesiae, votum,
iuratum, laus Dei. quibus adiungit S. Th. gratiarum
actio, quae duo tm postrema commode sub oratione
tractari possunt.

Rices. Adoratio, votum et iuramentum, non minus actu interno fieri potest, quam oratio, et oratio non minus actu externo, quam illa. Quod non est ratio cur illa inter actus externos hoc v. internis actibus annumeretur.

Rp. S. Tho. oratione (: etsi sum vocis ethymon vocalem tantum significet :) inter actus internos religionis posuisse quod effectus consistat in elevatione mentis in Deum, quae interna est, et magis requirit internam attentionem eamque assiduam. Adoratio a. etsi pro obiecto habere possit et cultum interiorem, nihilominus tamen tum ex ipsa impositione, tum ex proprio et recepto usu leg. notam externam cuiusdam gestus corporei denotat, quo in ~~[illegible]~~ terior adoravis actus ultimato completur ac consummatur. Votum etiam etsi Deo fiat, non tamen requirit elevationem mentis in Deum, nec attentionem internam ad ipsum directam assiduè praeter eam quae necessaria est, ut homo advertat quid agat. Adde etiam S. Th. videri magis respexisse, ad praestantissimum genus votorum, religionis sc. quae ventis conficit, tum ad materiam sub voto cadentem, quae frequentissime est quaedam s. opus quoddam extrinsecum est, quod Deo offerre, ac praestare promittimus. Iuramentum dicitur ad hoies referri, et ideo praeter intentionem internam iurandi actum externum locutionis requirit qua Deus in testem vocetur, cum si alterum horum absit, non erit iuramentum.

Sectio 2da

De Actibus Internis Religionis.

Quaestio 1ma

De Devotione et oratione in Genere.

Con: ja. Devotio est peculiaris et specialis actus à Religione immediate elicitus nil aliud est, quam interna sui addicionem, cultum oblatio ac traditio. quae si cum voto aut iuramento fiat, perfecta dicitur inducitque obligationem, secus si fiat absque tali vinculo cum sit mera interni affectus ac propositi explicatio. Unde D. Th. a. 1. ad 3um. recte dicit devotionem esse actum voluntatis, hominis offerentis seipsum Deo ad ei serviendum. Nomine actus illique non tantum elicitum sed quoque et imperato coniunctum, oblatio n. sui non fit sola volitione, sed necessarius quaque est actus illius velut locutio, quaedam, qua se de facto ac vi ipsa homo tradat ac dedicet Deo. Not. dixi). Est peculiaris et specialis actus, à Religione elicitus p.) nam devotio quoque sumitur pro conditione tantum generali ad quemvis religionis actum, quo modo sumpta nil aliud est, quam promptitudo quaedam l. fervor affectus, ad cultum Deo exhibendum, v.g. ad orationem, sacrificium p. t. est ipse

affectus ad hoc promptus et fervens ut superentur difficultates, quae hominem in praestando cultu divino lentum faciant, atque ita eos qui se in sacrificiis precibus votisque Deo solvendis promptos exhibent devotos dicimus, in hisce v. excitantes lepidos appellamus.

Con: 2da oratio quae late sumitur pro vi motu animae in Deum interiori, s. per cogitationem, s. per affectum voluntatis quo modo definitur à s. Damasc. Ascensio mentis in Deum. Item pia cum Deo sermocinatio, s. sola mente fiat, s. et voce, et complectitur petitionem, gratiarum actionem, oblationem et laudationem. Stricte v. dicitur, Petitio decentium à Deo, ut docet idem Damasc. Vel ut alii est actus Rationis practicae desiderium animi coram Deo explicantis ut aliquid ab ipso impetrent. Ad actus Rationis. Quia petitio est locutio quaedam mentis interna qua desiderium nostrum explicamus quod ad rationem pertinet. Addit practicae, quia locutio haec nostra sit ut Deus desiderium nostrum illigat sed ut eum permoveamus ad rem desideratam exequendam.

Dices 5. Per Religionis actum Deo cultus exhibetur per orationem v. tamen aliquid à Deo petitur nil ei exhibetur.

Ho. Ex ipso quod à Deo bona petimus, praefitemur in Sacra exercitio eum esse supremum Dominum et Authorem bonorum nostrorum nos v. eidem inferiores eaque indigere hinc fit, quod superbi dyre oreat.

Dices 2do Deus immutabilis est, in iis quae ab aeterno decrevit, quae frustra est oratio qua eum flectere ad vota nostra nitimur.

Resp. Deum quidem esse immutabilem in suis decretis eadem tamen decreta non esse facta de verbis nisi post praecisionem orationum nostrarum, ita ut praecisae orationes nostrae sint causa, cur pleraque ad salutem nostram opportuna hoc modo Deus decreverit.

Con. 3tia oratio est de necessitate medii necessaria adultis ad salutem consequendam. Ita Suar. c. 28. Less. lib. 2. c. 37. d. 3. Probat. quia attento ordinario à Deo statuto modo homines adultos salvandi Deus neminem ad finem vitae aeternae praedestinat, nisi per convenientia ab ipso ordinata media, ordinarium autem medium est oratio, ad quam usurpandam ipsemet nos excitat, atque adiuvat ut id assequi possimus quod sine orationis medio nobis non praeparavit. Testatur hoc insigniter S. Aug. lib. de Eccle. Dogmat. c. 56. nullum ad salutem nisi Deo invitante venire, nullum invitatum salutem suam nisi Deo auxiliante operari, nullum nisi orantem auxilium promereri. Ex quo sequitur orationem homini viatori esse necessariam necessitate praecepti divini, ut probat Valent. Suarez Vaginal. vis in actus ad salutem necessarius hoc ipso est et necessarius praecepto divino, talis autem actus est oratio, nam Matth. 6.

iubemur quaerere primum regnum Dei, pro quo
recurrendum est ad Deum per orationem, quia non sufficientia
nostra ex Deo est, sine quo nil possumus facere. Ioan. 15.
Tempora a. quibus determinate praeceptum orandi ob-
liget non ita sunt definita: hoc certum est, non diu de-
bere intermitti iuxta id Rubici 8. ne impedia-
ris orare semper Luca 16. oportet semper orare.
hoc a. tam crebro et serio sententia non ingeminaret
nisi res esset necessaria, non ita loqui solet de consi-
liis. Per accidens tamen ratione circumstantiarum et quo-
rundam eventuum praeceptum orandi ex Charitate obli-
gat Jo. quando quis in periculosa tentatione advertit l.
advertere debet, sibi necessaria esse orationem. 2. in proxi-
mo mortis periculo. 3tio si communitas in magno peri-
culo sit constituta ut Dei auxilium pro malo aver-
tendo necessario implorandum videatur. 4to quando proximus
in gravi corporis l. animae periculo est nec alii ei suc-
cursi sunt, aliqui tamen in hoc casu recte dicunt sine mor-
tali orationem omitti.

Con: 4ta orare tamen iis convenit qui ratione sunt pro-
diti ac superiori seu potentiori statui subiecti.
Hinc et Angelis et hominibus convenit orare, quando
v. in psal. dicitur qui dat iumentis escam ipsorum et
pullis corvorum invocantibus per nomen Innocentius in
proprie summum. Hinc etiam nulli personae divinae ora-
tio stricte convenit quia superiorem non habet a quo

quid petat orando. Qn̄ v. Rom. 8. Ipse S. Dī postu-
lare pro nobis genitibus inenarrabilibus sensus est
Sm̄ Aug. lib. de Bono perseu. c. 23. qn̄ ipse nos
doceat postulare, aut moveat ad postulandum
sicut Math. 10. dī, n̄ vos estis qui loquimini sed
Spus pris vestri. An v. Chrus dnus iam in Cœlo pro no-
bis oret proprie qua hō est, videri pt Azor. t. 9.
c. 29. q. 27. ubi affirmat Xm̄ in Cœlo pro no-
bis quoddam petere à Pre ostendendo illi sua meri-
ta, humanitatem et vulnera p iuxta Rom. 8.
qui et interpellat pro nobis. quis n̄ supplicio more
genua flectenda. Illud certum est Xm̄ et qua hō
est, ab Ecclia nunquam rogari, sed ipse pro nobis oret
quod Pre sed semper ubi illa formula (Miserere
nobis) n̄ a. ora pro nobis. qn̄ dirigunt
preces ad nam humanam Chri ut subsistentem sub
posito dio, certum quoq; est, nras preces alī ad Pre
n̄ fundi quam ut eas pp merita et humanitatem
Chri exaudire dignet. Vn̄ Ecclia ves suas preces
illa solemni formula absolvere consuevit Per Xm̄ p
Zacar. 1. ad sitas S. Angelos h. hoies attinet fide tenendum
est, eos in Cœlo pro nobis orare et in parti. Re An-
gelis pt Zach. 5. Rne exercituum usquequo tu n̄ mi-
sereberis p Tobiae 12. qn̄ orabas cum lachrimis ego
orationem tuam obtuli Rno, certe n̄ alī mi et suam
adiungendo ut utiq exaudiretur.

Re hoibus aliis Prob. Mach. 2. vlt. unias ap-
paruit Judae orans pro populo, et Jeremias de
quo unias dicit, hic est qui multum orat pro
populo &c qui tamen non dum erant beati quanto magis
in statu Beat. orabunt. Item prophetae in terris
ambulantes Elias Elisaeus &c ex revelatione Dei ne
tales afflictorum ad se accedentium nosse potuerunt
quanto magis noverint ij qui diam faciem perpetuo
contemplantur. Ex quibus Colligitur et fide
catholica tenetur sectos in coelo tam homines quam
Angelos recte à nobis invocari non tanquam
jarios authores vitae et salutis, sed ut ad
victores ad praecandum Deum, et ut ad mi-
nistros quaerendam beneficiorum quae ipsi per se
nobis conferre possunt, ut daemonum machinationes
impedire salutaria suggerere, mala averterent
nec ideo Deo debitum cultum detrahimus quia
non eadem orandi formula ad eos utimur
qua ad Deum, nec oramus ut illi nobis peccata
remittant, aut gratiam donent, sed ut patroni
esse apud Deum ad ista velint. Sed nunc iusti
in purgatorio detenti erant pro nobis?
negat D. Th. 2.2. q. 182. a. 15. ad 3. affirmat
Suarez qui lib. 1. n. 15 ait, probabile et pia
esse sententia affirmat. quia est et Bellar. lib. 2.
de purgat. c. 15. quia saltem in genere orare possunt

pro amicis et aliis magis indigis. Item pro iis
qui erant vicissim pro ipsis etsi eos in spe
ignorent. Nec videtur talis oratio aliena
ab illo statu, tum quia et nos viatores dum eos
nos cognoscimus tamen pro aliis orant, et nihil
obstat, quominus eos iam ad regnum damnatos
orare possit pro alio reo. Tum quia licet non sint
in statu merendi, tamen eorum preces Deo sunt grata
et ex mia Dei aliquid impetrare possunt. Confir.
ab exemplo Omnia Superius posito. Ubi etiam
aia sanctorum in limbo orare pro aliis referuntur.

Sed nunc licet sanctoribus in hac vita orare?
Videtur quod non. Joan. 9. Scimus quod peccatores Deus non
audit. Chrysostomus in Math. qua fronte petis
quod promisit Deus, si non facis quod vult Deus.
Sed vero eis licere, cum oratio per se non sit mala sed
bona. Hinc etiam mali clerici non solum possunt sed
etiam tenentur vitare horas suas. Ista v. obligata
est, si peccatores aliquid petant non in confirmationem
Veræ fidei, sed ut sectarii vel falsarii in confir-
mationem doctrinæ falsæ, tunc non Deus petitionem
implere non potest, alias esset contestatio falsi
quæ in Deum cadere non potest. In cæteris v. etiam
peccatores exaudiuntur, modo ut S. Ph. ait,
pro se petant necessaria ad salutem, sic et
perseverantiam, quod ideo etiam moneo ut caveant

Confessarij et Concionatores terrere pctores
qsi via earum opera bona et preces apud
Deum inutiles exstant. etsi n. ex condigno
nil mereantur, nec vim satisfandi pro pctis
habeant, tn utilia sunt per modum impetrationis
de congruo, si ex fide et spe in Deum proce-
dant.

Con. 3ta Pro oibus hoibus orandum tam vivis
quam defunctis, modo l. auxilij per orationem
impetrandi capaces sint. Ut non sunt damnati, pro
quibus orare nefas est, l. auxilio orationis egeant
uti non egent beati, pro quibus si quis oraret, iudi-
caret illos non esse beatos, tn vulgatum illud
Iniuriam facit Martyri qui orat pro Martyre.

Prob. Con. de vivis. qa pro his orandum esse
est communis doctrina Ecclesiae, sn ulla exceptio-
ne inimicitiarum l. religionis acatholicae.
i. Thim. 2. obsecro fieri orationes pro oibus
hoibus. Nec pagani l. haeretici l. schisma-
tici sunt excipiendi, etsi n. pro talibus velut ex
voicatis Ecclesia non oret publice, licet tn
pro iis privatim orare. Bipi. sn ulla ex-
ceptione inimicitiarum, qa etsi nemo ex
praecepto teneatur orare in parti pro inimi-
co nisi forte in extrema l. gravi eius mihi

medio alio non suppetente, quin tamen pro conte
aliqua, cuius ille pars est, oratur, excludi
neutiquam potest sine inordinato affectu odij aut
desperatis illius salutis. Prob. Con.
est de mortuis. nam pro animabus in purga
torio ut à poenis liberentur, salubriter nos
orare, fide certum est. cum ex Trid. sess. 25.
Tum ex 2. Machab. 12. sancta et salubris
est cogitatio pro defunctis exorare. Tum dicitur
ex antiquissimis liturgijs Apostolorum Jacobi et
Mathaei, quae orationem pro defunctis conti-
nent. quibus accedit totius Ecclesiae semper ob-
servata consuetudo et authas, quam S. Aug.
in libro de cura pro mortuis c. 15. luce-
lenter allegat his verbis: Etsi id nunquam
in scripturis veteribus vel legerem (: orationem vi-
vorum prodesse mortuis:) tum suffere debet vrsa
Ecclesiae, quae in hac consuetudine claret,
authas. Et de verbis Apostoli c. 32. oravibus
sancta Ecclesia non est dubitandum mortuos ad-
iuvari, hoc enim à PP. traditum, vrsam ob-
servat Ecclesia. Verum haec videant acatholi-
ci, haeretice profitentes nullum dari locum
in quo animae iustorum non dum sufficienter purgatae
post hac vitam expientur antequam ad coelos
admittantur. Sed hi confutantur

Jo. Ex eo Matth. 6. reddet unicuique secundum
opera eius; quod sane falsum foret si non daretur
purgatorium, quia pro levibus venialibus iustorum quorum
aliqui subita morte decedunt, nihil redderetur.
2do. Ex eo 1. Cor. 3. Uniuscuiusque opus mani-
festum erit, dies n. Domini declarabit, si cuius
opus arserit detrimentum patietur, detrimentum
patietur, ipse a. salvus erit sic tamen quasi per ignem.
Ubi sic argumentor. Si post hanc vitam aliqui
poenam sustineant, ita tamen ut salventur, tunc
datur purgatorium quod nihil aliud est, quam locus
poenae temporalis post hanc vitam. Sed ex hoc loco
Apostoli, aliqui in die Domini post hanc vitam
salvi fiunt sic tamen ut detrimentum poena
temporalis patiantur. 3tio Ex eo Matth. 12.
Omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines,
reddent rationem de eo, id est poenam temporalem post hanc
vitam, non a. aeternam patientur tantilla culpa.
4to. Saepe fit ut homo, qui peccavit mortaliter
liberetur a culpa mortali et consequenter a reatu
poenae aeternae. Et tamen maneat obnoxius alicui
poenae temporali, quam si antequam persolvat illam poe-
nam egrediatur e vita, debebit illam persolvere
post hanc vitam quod alibi fieri non potest nisi in pur-
gatorio.   Saepe etiam fit ut homo cum multis

venialibus subito ex hac vita non relicto
spatio delendi abripiantur, et sic maneat ob-
noxius poenae temporali illis peccatis debitae, quo
casu non potest admitti in coelum, nisi ab ijs liberetur
nil non coinquinatum intrabit in regnum ce-
lorum, non non liberabitur in coelo neque in infer-
no, ergo in purgatorio.

Obij. haeretici. duo tantum esse loca animarum post
mortem Math. 25. ibunt hi in vitam aeternam
illi in supplicium. Eccli. 11. si ceciderit
lignum ad austrum vel ad aquilonem, in quo
loco ceciderit, ibi erit.

Ex esse tantum duo loca status perpetui et immu-
tabilis, non autem status cuiusque, quia V. Joan. 5.
dicit, qui credit in me non venit in iudicium
illigandum est de ijs qui sunt perfecte iusti, etiam
quoad veniale, non autem imperfecte.

Con. 6. Bona quae a Deo in oratione petit dicunt
aut possunt in 3plici sunt differentia, quaedam non sunt ab-
solute et simpliciter bona ita ut eis homo male
uti non possit, huiusmodi sunt dicta gratia, virtutes
tam supernaturales et infusae quam naturales et
acquisitae, Alia sunt absolute quaedam bona
hominis non tamen adeo, quin eisdem male uti
possit, ut scientia artes quae alia dicuntur sunt indif-

ferentia quae per se non habent rationem appetibilis
sed solum sunt utilia ad aliud bonum procurandum
ut divitiae, honores, gloria &c. Bona igitur
sunt generis absolute petenda sunt à Deo, ita ut
oppositum petere fas non sit, sunt enim media per
se ordinata ad salutem, quae primum homo semper
desiderare et petere debet. Bona 2di
generis etiam absolute sunt expressa conditione cum
nobis ipsis tum aliis petere possumus, sunt enim [illegible]
naturales hominis quae per se absolute sunt appeti-
bilia sunt vectam rationem consequentem et recte ab
authore naturae petuntur in oratione modo inte-
rim orans ita saltem virtualiter affectus sit,
ut nollet ea petere si sciret sibi sunt pro-
vidiam Dei non expedire. Istud tamen inter
haec et superius posita bona discriminis in-
tercedit, quod haec ita possumus petere à Deo ut in-
tendum liceat nobis ad bonum finem petere eius-
dem contraria, ut aegritudinem corporis mortem
paupertatem &c. nam etsi haec sint mala hominis sunt
naturae, et ita non appetibilia, in ordine tamen
ad altiorem finem sunt indifferentia, ideoque aliquibus
singulares sui conditiones, utiliora ad aliae
profectum. consequenter interdum à Deo peti possunt.
saltem sub conditione si ita expedire iudicet.

Bona Ntis Generis, q̄ sc. oīo indiffra sit. sicut
ob bonum finem desiderari. ita et peti à Deo pōt,
ob frequēs tm̄ periculum q̄s obtendi absq̄ condiōe
adiuncta (: si petenti conducat :) peti n̄ debet,
sed n̄ huiusm. bona, ita comparata, ut hoīes ad
spualem perniciem hoīs quam eius salutem inseruiant.
Si quis vel peccaminosam quantumuis veniali tm̄
à Deo peteret, n̄ modo religionis actum n̄ exer-
ceret, sed ut sacrilegus mortali delinqueret V. G.
si quis oraret, ut alium leui mendacio decipere
posset et ad bonum finem et n. petitio valde in-
iuriosa Deo. secus dicendum si n̄ peteret auxilium
ad actum pcti, sed bonum eventum ex pcto secu-
turum quod dicitur n̄ est. si quis v. rem indif-
ferentem, V. G. lucrum ex ludo, n̄ proposito
vello alio fine bono à Deo peteret, actum reli-
gionis n̄ fret, sed peccasset pp irreuerentiam n̄ tm̄
mortali, qa irreuerentia tam grauis n̄ est, n̄ n.
petitio concursus ad pctum sed ad rem indifferentem.
Con: 2ma fructus orationis praeter alias est meritum
satisfactio et impetratio. priora duo, n̄ consequitur
orans cum sit in gra. impetratoria a. merito
de congruo. nec pctoris oratio caret si quod
decens petat. In eo vero sensu infallibilis est

(Ad) promissio, quae exaudienda sit oratio nempe
Velut damno postulata, l. alia salubriora
cum his conditionibus. 1o. si petunt ad salutem pro-
ficua. 2. si oratio sit pia, id est, cum debita at-
tentione et veneria. 3. si sit cum perseveria.
Illud. Not. non posse certam regulam dari de tempore
aut numero actuum, quo perseverandum est, in
petitione non dum obtenta, sed solum quasi negativa
dici potest nunquam esse desistendum ob diffidentiam
animi deiectionem, l. quasi impatientiam. Quod si tamen
oratio sit pro temporalibus bonis, intendit ex dilatione
temporis l. ex aliis effectibus aut successibus, conjici potest
non placere Deo illa concedere, et tunc desisti
quidem potest, a tali petitione. cum submissione ad diam
Voluntatem, semper credendo ita nobis melius esse. Tamen
v. petitio est de spiritualibus bonis non est facile desistendum
quia talis oratio per se semper utilis est, et saepe im-
petrat effectum. licet nos lateat, ut si quis vel li-
berari se ab aliqua tentatione, quam adhuc pati-
tur, non ideo debet desistere ab orando, quia forte
per illam orationem impetrat, ut non supervenient
aliae magis nocivae futurae. Vel ut hanc
tandem maiori cum merito Venerab. Suar. Po. 2.
de Relig. l. 1. c. 26. Non solum a fructu
carebit, sed in peccatum degenerabit eius oratio, qui
sine attentione et veneria orat, mortale quidem
si oratio sit ex praecepto l. voto, et absit pro-

possibilem saltem virtute, eam inter opportunum tem-
pus repetendi. Secluso v. tali praecepto aut vo-
to, in oratione etiam deliberate distractus per se
loq. solum veniale peccat. Alfor. lib. 10. c. 12.
q. 11. Imo nec veniale peccat deliberate di-
stractus in precibus quas dicit ipsi maior tam
sine intentione orandi, sed aliis se occupandi l.
mente recreandi. Caiet. v. Oratio. quia aliis
in tali casu possit esse actus otiosus ut notat Val.
Cor. 8. Decens et fructuosum est, orationes publicas
in publicis templis ac oratoriis fundere, tam
ob pontificiam loci consecrationem, tum realem Chr.
in Euch. praesentiam, sanctorum reliquarum, angelorum
praesidium, ac Dei promissionem templis factam
tum ob exemplum et imitationem mutuam fidelium,
quae via multum iuvant ad excitandum affectum et
impetrandum quod petitur. Privatae v. et liberae
preces certum locum non requirunt, dummodo caetera
circumstantia non desint, nec aliquis locus est tam
immundus, qui orationem dedeceat, sabius n. est ut
etiam ibidem nos Deum laudantes inveniat daemon
quam otiosas.

Ad 2da

De Horis Canonicis.

Praesupponendum ex dictis orationem aliam esse inter-
nam, quae solo mentis affectu fit, aliam ex-

trinsecam et vocalem cum interno ac affectu vocis
l. verbo explicare. Et hanc iterum duplicem esse.
Christianam et publicam. Illa est, quam quis proprio
nomine ad Deum fundit, s. pro seipso, s. pro aliis.
Haec est, quae nomine totius Ecclesiae, a minis
eiusdem deputatis persolvitur. Eiusmodi sunt praeter
caeteris, illae quas horas Canon. alias divinum
officium et Ecclesiae dominus. atque ita de-
scribi potest: Oratio et laus Dei, mente
ac voce expressa per Ecclesiam determinata,
et quotidie ab eiusdem ministris persolven-
da. atque de hac orandi genere nobis est
deinceps agendum.

Dubium sive
Quinam obligentur ad Horas Canoni-
cas recitandas.

Con. Sa. omnes Clerici in maioribus constituti. Ac-
nullum penitus beneficium habent, tenentur sub m. ad
horas Can. minoribus a. initiati, Ac si ex de-
centia pbg. debeant recitare quam laici tamen
lege non tenentur. Ita Cris. extendit v. dicta
obligatio ex communi sententia et ad Clericos suspensos
excommunicatos et degradatos, quos nonnulli quo
ad degradatos alii sentiant quibus tamen non suffragantur
Sa. v. one. nec a. tenetur recitare horas qui
ex Pontificia dispensatione in maioribus ut pare

dicit, l. qui ad vsurpare ad suum ordinem
ducta vocavit controvertit inter DD. affir.
Azor. l. 10. c. 5. q. 5. Navar. V. lib. 3. consil.
de Celebra. missae consil. 25. priorem casum in
vtramque partem disputat et eidem inclinare
in partem negativam, cui et nos assentimur.
Siquidem talis vsuratus ab ordinum executione
in saecularibus suspensus habetur.

Con: 2. vers. qui habet beneficium Ecclesiae S. Simplex
S. curatum, obligatur sub p. m. ad vicendas
horas Can. S. in maioribus constituti sunt S. ad sunt.
Ista ex Con. lateran. generali sub Leone 10.
sess. 9. in Bulla reform. quam constitutione postea
renovavit et explicavit pius V. Bulla sua
§ 38. quam refert Navar. cap. 25. Manua
lis. n. § 22. Haec obligatio extendit jo
ad eos, qui beneficium et malo titulo possident
modo fructus percipiant, iustitia n. postulat, vt
qui fructus vsurpat, officium quoque et onera su-
beat. 2do. Extendit ad illos qui licet
minis et imperio parentum ad statum Ecclesiae
coacti, ex beneficio tamen fructus equiunt hoc si paren-
tes eos auferant. 3tio ad eos, quibus jo et 2do
anno quo beneficium adeunt, de more omnes fructus
subtrahunt eo quod reserverent decuncti beneficii,
ubi haeredibus l. creditoribus etsi illi forte

(ut in quibusdam germaniae et Hispaniae locis.)
non recepta Extra Vagans Joan. 22. qui
novo beneficiario jo amo vult dari dimi-
dia partem fructuum, siquidem eas aliquo saltem
modo percipient, dum sindi privilegio post mor-
tem se gaudiosos esse norunt. Sot. lib. 10. q. 5.
a. 3. Suar. lib. 4. de horis. c. 20. Idem Verosi-
milius asserit quam regim. vocatus l. dantur anti-
quioribus beneficiatis, siquidem et ipsi deinceps fru-
entur isto antiquorum commodo. Vel desti-
nari fabricae siquidem hac pacto efficitur ne ad
eam conservandam subsequenti vita semper debeant
contribuere. Ita Mald. Pr. 10. c. 2. d. 3. Ass.
lib. 2. c. 34. n. 30. Contrarium dictis ex-
presse defendunt Navar. de orat. et Horis Can.
c. 7. n. 3. Nicol. Garsias de benefic. quorum
sententia non improbabilis est, si consuetudo mpe im-
memorialis in Ecclia existat, ut Canonici pro eo
tpe quo nullas fructus percipiunt ab orando immu-
nes sint. 4to. Extenditur ad illas qui studi-
orum l. alia iusta de causa absentes sunt ab Ecclia
licet Ecclia inserviant per alium Clericum, qui
beneficiarij noie horas veniet. Ita Panorm.
cap. Presbyt. de celebra. missarum. Quod etiam
verum est, etsi eidem substituto cogatur tm per-
dere de fructibus ut nil supersit, tales n. vere

percipiunt fructus. Ita Mald. ubi sic non te-
neri ad horas qui titulum solum habent, et à
Pontif. impetrant ut omnes fructus tantum admini-
strare beneficii habeat alter? Affir. Azor. c. 4.
q. 5. negat Suarez Ta. 2. de Relig. l. 4.
c. 20. Tolet. ad finem cap. 14. qui ony vi-
tandi in administratorem vicerint.

Sed quid de eo qui plura beneficia habet, non pariter
ad plura officia teneri? negat B. Th. quod libello 5.
a. 15. quod continuata consuetudo comprobat.
Quidam tamen dicunt inter iustum et iniustum pos-
sessorem, hunc aiunt teneri ad plura officia de illo
negant Navar. c. 22. de orat. n. 65.
At dicta obligatione vitandi excipiuntur 1o. qui
collatis beneficii possessionem nondum acceperunt, modo
nihil fructuum eis currat, ante possessionem, et per ipsos
stet quod possessionem non habeant. Ita Less. Mald. ubi
2do. qui absque sua culpa et negligentia nullos fructus
ex beneficio recipiunt, ut si fundi V. G. ex quibus Iulius
vestitus percipiam ab hostibus occupentur secus si
moraliter certi sint, se beneficii fructus postea accepta-
ros, puta quia de beneficio lis est, et interim
fructus sequestrari dumodo interim moveant
in eius possessione et administratione cum probabili
Vel (. ut malunt alii) cum certa spe se causam obtentaros.

Navar. Con. 25. n. 104. Scot. c. 19. n. 10.
3tio quorum beneficium adeo tenues proventus habet ut
3tiam partem mediocris sustentationis alicuius vulgaris
derici non attingat, V.G. si ad summam 8. duca-
torum non ascenderet. Mald. Less. Navar. citatis
n. 101. Rodrig. in summa c. 142. n. 3. Ara-
gon. 2.2. q. 83. a. 12. contra multos. Quod
si tamen mos alicuius Iuliae obtinuisset et tenuia
beneficia, cum obligatione orandi conferre omnia ce-
dendum est tali provisos ad vivendum teneri.
4to quia praestimonia s. praestimoniales par-
tiones id est quae ab Iuliis additibus ab-
stracta per modum subventionis adolescentibus
derici conferuntur, possident modo eas non ha-
ant in titulum perpetuum pro aliquo obsequio speciale
quod per laicum expediri non potest sed pro aliam causam qua
cessante, ipsis auferantur V.G. dum versantur in
studiis usque dum sacerdotes fiant, l. donec beneficium
aliquod acquirant. Ita n. non sunt beneficia Iu-
lia sed mera stipendia Less. citatis c. 34. dub. 20.
Medi. q. 7. de orat. 5to Pensionarii
qui accipiunt pensiones ex fructibus alicuius be-
neficii subtractis pro aliqua temporali, ut
aedituus contores, Iudi magistri, Professores p

Reio (ob aliquam temporalem) quae si pensio sit
simpl. clericalis, id est ob ministerium spirituale cle-
rico concessa, tunc cogit saltem quotidie recitare
quotidie officium parvum B. Virg. ex Constitu-
tione V. in ex obligatione alterius Titulo, sic quia
l. sit beneficiatus est, l. in maioribus constitutus reci-
tet officium canonicum. tunc n. desinit obligatio reci-
tandi officium parvum. 6.to Quia habet be-
neficium aliquod in commendam, sed temporalem tantum, sed a-
qui habet perpetuam, Ratio quia commenda tempora-
lis solam administrationem, s. custodiam beneficii tri-
buit commendatario, non a. plenum ius de fructibus
disponendi, et hoc ad tempus tantum, et in utilitatem
Ecclesiae ut interim beneficium a commendatario ad-
ministretur, donec idonea persona instituatur.
Garzias p. 3. c. 1. contra Medi. ex. Commenda
v. perpetua haud dubie obligat ad recitationem officii
quo constituitur in utilitatem personae habentis proprietatem
et effectus beneficii, de cuius fructibus plene dispone-
re potest Commendatarius eosdemque in suam utilitatem
convertere.
Quod hic dicimus, de Commendatario, idem Ali-
quando de Vicariis, Vicarii n. perpetui, l. qualis
sit qui ab Ecclesia in vestitum congrua illis reddi-
tuum portione constituta, ita ut amoveri non possint

nisi ob causam iure expressam.) obligari ad Canonicum officium, temporales a. qui ad tempus tantum constituuntur, v.g. ob absentiam, infirmitatem, occupationem, beneficiati, non obligari, cum nullum ius S. beneficii titulum habeant, sed solam administrationem et custodiam, sicut supra de commenda temporali diximus, nisi forte speciatim deputati sint ad canonicum officium vice alterius in Choro dicendum vel tota administratio beneficii cum authoritate Episcopi (tametsi ad tempus tantum, et cum potestate amovendi) illis committuntur, quod praecipue tunc fit, cum Rupalis, cuius Vicarium agit, officium non persolvit. v.g. cum alicui commendatur Ecclesia, inter eum dum beneficiatus puer, qui per se orare non potest, adolescat. Item cum Paracho ob incurabilem morbum inutili designatur Vicarius, qui etiam in temporalibus administrationem habeat, certa portione Paracho infirmo relicta. Vide Suar. lib. 4. de Horis. c. 22. n. 15.

7mo Excipiuntur, coadiutores beneficiatorum et instituti cum futura successione nil obstante quod aliqua portio ex reditibus beneficii ipsis pro laboribus suis obveniat, quia coadiutoria non est beneficium. Idem dicendum de cooperatoribus Parochorum; quibus hi omnes si maioribus sint initiati

